



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 7. Hostiu[m] erga Sacerdotes reuerentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

benedixit: vti & illi accipiunt maledictionem, qui sacratu Deo hominibus, non modo non dant, sed auferunt, quod habent. Hinc Abraham fuit victoriosus, qui ita erat constitutus, vt vellet Melchisedecum prædæ quoque suæ facere participem. Octauò mulieres iubentur caput velare, seu obnubere, propter Angelos, hoc est viros bonos, vt vult Clemens, aut propter sacerdotes & episcopos, vt vult S. Anselmus & S. Thomas, qui in Apocalypsi Angeli vocantur; ne scilicet eos formâ suâ offendant. Quare putat Clemens præcipi, non tantum vt caput tegant in templo mulieres, sed vt etiã frontem & vultum velamine inumbrent. Cui profus contrarium faciunt nostrates puellæ, vtinam non & matronæ, quæ & vultum, & pectus, fere etiam vbera denudant, vt in templo oculos papillis venari, ac se se mammis ipsis prostituere videantur. Nonò ipsis & barbaris & hostibus venerabiles fuerunt, Sacerdotes, & Pontifices, qui vel precibus, vel authoritate eos à direptione urbium, & necesse populorum absterruerunt. Exempla aliquot ascribam.

1. Cor. 11;
10.
Clem.
lib. 2. Hy-
potyp.
S. Ansel.
& S Tho-
mas, ib.
Apoc. 2;

§. VII.

Hostium erga sacerdotes reuerentia.

M

Leo

Platina in
 Leone. &
 Sab. lib. j.
 En, 8.

Leo III. p. p. Attilam Gothorum Regem, ad
 Urbis direptionem properantem, cum altero con-
 sulum & parte senatus non modica ei occurrente
 ita flexit, ut prater omnium expectationem,
 & exercitus sui voluntatem, Vrbi parceret.
 Idem post Vandalorum regem Gensericum
 crudelissimum Tyrannum ad Urbem vocatum
 ab Eudoxia, in ultionem perempti coniugis Va-
 lentiniani, ita demulsit, ut spolijs & direptionibus
 contentus, a cadibus & incendijs abstineret. Se-
 uerinus monachus Afer, qui apud Noricos &
 Vindelicos Christum predicauit, post mortem At-
 tila, cum Hibuldus Alemannorum Rex cum
 exercitu Bataniam properaret, specie visendi Se-
 uerini, reuera autem occupanda urbis, obviam
 Regi processit: eumque authoritate sua permouit,
 ut ab incepto desisteret. Paruit ei Rex barbarus,
 & captiuos omnes Romanis remisit. Ad eum-
 quoque Odacer Rugorum regulus venerabun-
 dus venit, cui Italia regnum pradixit, & Ro-
 ma excidium. Epiphanius episcopus Ticinensis
 tanta fuit authoritate apud hostes, ut cum
 Theodoricus Gothorum rex, capto Ticino, pra-
 sidium imposuisset, barbari milites eum patrii lo-
 co venerarentur: & vrbe egredientes ei cum lac-
 chrymis valedicerent. Praterea capto ab Oda-
 cero rege Hernulorum Ticino, a victore rege ciuibus
 suis

Fris-
 gnefs lib.
 4. c. 30. &
 Eugypius

Euodius
 in eius vi-
 ta.

suis fiscalium tributorum immunitatem impe-
 travit ad annos quinque. A Theodorico durissi-
 ma legis in omnes, quotquot sponte se hostibus He-
 rulis coniunxerant, lata relaxationem impetra-
 vit. Ad Gundebaudū regem Gallia Lugdunum
 à Theodorico missus pro captivis redimendis,
 sex millia Ligurno sine pretio, precibus tantum
 & pietate sibi donatos, patria restituit. Divi Re-
 migij Rhemensis Episcopi tanta fuit etiam apud
 hostes authoritas, ut Alaricus Gothus rex Aria-
 nus apud eum pro puella cuiusdam sui amici da-
 moniaci intercederet: & Clodoveus Rex Gallo-
 rum adhuc paganus cum toto exercitu eum ve-
 neraretur. Nam cum miles quidam urnam ex
 Rhemensi Ecclesia abstulisset, ad preces Remigij
 Rex eam reddi iussit: cumq; alter non statim pa-
 ruisset, supplicium propria manu de eo sumpsit.
 Tantus honos habetur pietati, apud bar-
 baros: ut proinde ipsos barbarie barbaros
 vincant, qui Dei servos nesciunt honorare;
 immò audent digitis, & velut Apula canis,
 linguis quoque, ciconijsque ridendos pro-
 pinare.

Hincma-
 rus in vita
 Remigij.

§. VIII.

Honor Sanctis debitus, & habitus.

12. Honor, veneratio & cultus debetur
 etiam Sanctis vitâ seu fruentibus, seu fun-